Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De copula spiritualium vel adoptiuorum & naturalium filiorum. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

pa, Inno. & Cæleſtinus cum epiſcoporũ plurimorũ conſenſu in Apoſtolorum principis eccleſia præſidentes, talia reſcripſerunt & confirmauerunt: vt nullo modo ſe in coniugio reciperent viri ac mulieres, quicunq; hac ratione ſuſceperunt natos: ſed ſeparent ſe, ne ſuadente diabolo tale vitium inualeſcat. Item ſi quis filiaſtrum vel filiaſtram ſuam ante epiſcopum tenuerit ad confirmationẽ, ſeparetur ab vxore ſua, & aliam nunquã accipiat. Hæc autem vel ad terrorem dicta ſunt, non quod ita eſſet faciendum, ſed ne illud fieret ſummopere cauendum: vel de illis eſt intelligendum, qui prius filios ſuos viciſsim de fonte ſuſceperunt, quam fierẽt coniuges. Præmiſsis a. auctoritatibus omnino conſentiendum eſt: vt ſiue proprium, ſiue tantum viri filiũ mulier de fonte ſuſceperit, nõ ideo à viro ſeparetur: ꝙ & de viro ſimiliter oportet intelligi.

Ex cõc. apud Vermeriam 30. qu. 1. Si quis filiaſtrum.

De copula ſpiritualium, vel adoptiuorum, & naturalium filiorum. D

Quod a. ſpirituales, vel adoptiui filii naturalibus copulare nequeãt, Nicol. papa teſtatur inquiens. Ita diligere debet homo eum, qui ſe ſuſcepit de ſacro fonte, ſicut patrẽ. Inter fratres & filios ſpirituales gratuita & ſancta cõmunio eſt: quæ dicẽda nõ eſt cõſanguinitas, ſed habẽda ſpiritualis ꝓximitas. Vnde inter eos arbitror non poſſe fieri legale coniugium, qa nec inter eos, q natura, & eos q adoptione filii ſunt, venerandæ leges matrimonia cõtrahi permittunt. Itẽ, Si inter eos nõ cõtrahitur matrimoniũ, quos adoptio iungit: quanto potius à carnali inter ſe cõtubernio ceſſare oportet, quas per cæleſte ſacramentum regeneratio S. Sp. vincit.

Ad con. Bulgarorũ. 30. qu. ita diligere.

Si filij ante compaternitatem vel poſt nati valent coniũgi. E

Hinc a. quidam volunt intelligere tantum de illis filiis, quibus cõpatres facti ſunt, de aliis vero qui ante compaternitatẽ vel poſt geniti ſunt, concedunt, ꝙ legitime & licite iungi poſſunt. Quibus vide-

Vbi ſupra. ſuper quibus.